⁊ nullũ demonuz bonũ nõ redarguit dicentez cõtrarias ꝓpõnes in materia ꝯtingenti ſil' falſas. Nõ enim de eodem ſubīo, ſed de alio ⁊ alio oꝛonem cõcluſit. Opꝫ aũt de vno ⁊ eodez eſſe, deinde qa plura cũ ſint vnum nomine ⁊ natura differẽtia ſunt vt ęquoca ſubiũxit nõ nominis ſed rei, vt non nois ſolũ, ſed etiaz rei. Nõ eniz ſolũ nomen vnum eẽ opꝫ, ſed etiaz ſignificata res vna eẽ debet. Illud eniz nõ nominis ꝓ hoc nõ ſolum nois poſuit, vt canis latrat, canis non latrat, qa autẽ non ſolũ ex ęquocatione accidit cõtraria dicẽtem non mẽtiri, ſed etiã ab vniuocatione. Nam eſt q̃dam cõtraria dicere ⁊ vera vt aial ambulat, ⁊ animal nõ ambulat, nam cõtingit aliquem ambulare, ⁊ aliqḋ non ambulare, ſubiunxit ẽt nominis nõ vniuoci, ſed eiuſdẽ ⁊ vnius, neq; ęquiuoci, neq; vniuoci, etiam hęc[⁊ ex datis ex neceſſitate] ꝙ eſt ſimile huic dicto in diffõne ſimplicis ſyllogiſmi. ſ. ex poſitis ex neceſſitate. Nam ſi aliquis tẽtauerit redarguere ſecũ diſputãtem nõ ex qbus ipſe ſecum diſputãs dat nõ ſumetur hic redarguere. Subiũgit etiaz non cõnumerato eo ꝙ eſt in pꝛicipio, ideſt nõ aſſumpto q̃ſito in oꝛationem demõſtrationis, non eniz per ſeipm opoꝛtet oſtendere id qḋ nõ per ſeipm patet, qa neq; tale eſt redargutio. Eſt autez tale quãdo medius terminus alicui extremoꝝ acciperetur, tamẽ pꝛolatus aliter ſm ꝓlationẽ. Nã ſi q̃ratur an anima imoꝛtalis ſic dicendo ꝙ anima imoꝛtalis ⁊ alterã cum hac ſubinferendo ꝓpoſitionem plane ſtolidũ eſt, poꝛro volẽs ꝙ in pꝛincipio aſſumere trãſumit in alterũ ęquiualẽs nomen ei ꝙ quęritur, ⁊ ſic facit paralogiſmũ, vt ſi quis interrogaret, vtruz aia imoꝛtalis, vel non, ⁊ reſpõdere negãdo ipſaz eẽ imoꝛtalem ipſe tũc ſyllogiſmuz ſic efficeret, anima incoꝛruptibilis, incoꝛruptibile imoꝛtale, igitur anima imoꝛtalis, ſꝫ etiam erat ⁊ nõ imoꝛtalis ſm te, nõ redarguit ſic ratiocinans dicẽtez ipſam nõ imoꝛtalez qppe qui petyt in p̃ncipio. Naz dꝫ oſtendere ꝙ accepit, nam aiam eſſe incoꝛruptibilem idẽ eſt cuz hoc anima eſt imoꝛtalis. Sꝫ dictũ eſt ab Ariſtotele de eo ꝙ eſt petere in pꝛincipio, ⁊ accipere hoc qd eſt, ⁊ qũo fit in ſecũdo libꝛo pꝛioꝛũ reſolutiuoꝛum. Opꝫ autez redargutionez ⁊ ſm idem eſſe. Nam ſi vnũ ⁊ idez erit interrogatuz nec ęquiuocuz nec vniuocum, nec in p̃ncipio ſumptuz, ſed ſm aliam ⁊ aliã partẽ diceremus aliqd eidez ineſſe accidet nobis veruz dicere, vt ęthiops albus, ⁊ ęthiops non albus, ſm qdem ſupficiem eſt nõ albus, ſed ſm dentes albus, opꝫ igit̃ ⁊ ſm idem, ne ſm aliam ⁊ aliã partẽ dicamus aliqd ineſſe, nõ tamẽ ſed ad idez inqt, ⁊ non ad aliud ⁊ aliud, ſed ad idẽ oſtendere affirmantẽ ⁊ negantem euz qui vna diſputat opoꝛtet ſi debet cõuincere ipſuz ſibimet cõtradicere, nã qui ratiocinatur duo eſſe dupluz ⁊ nõ dupluz nõ redarguit dicẽtem idem duplũ eſſe. Nõ eniz ad eũdez ⁊ vnuz numerum oſtẽdit ipſum duplũ ⁊ nõ dupluz, ſed ad aliũ ⁊ aliuz, ad vnũ quidẽ dupluz, ſed ad quatuoꝛ nõ duplũ. Item ſimil'r inqt vel nõ hoc accipere potẽtia, ⁊ hoc actu dare. Neq; eniz ſic eſt cõtradictio. nam qui dicit ꝙ doꝛmiens hꝫ viſum, ⁊ habens viſuz videt, igit̃ doꝛmiẽs videt nõ redarguit dicẽtem doꝛmientẽ non videre. Nam qui hꝫ viſuz videt hęc oꝛatio duo ſignat euz. ſ. qui habꝫ ⁊ nõ videt, põt tamẽ videre, ⁊ ſignat euz qui iam operat̃ ⁊ videt. Poſtremo addit ⁊ in eodẽ tẽpoꝛe, nã alio ⁊ alio tẽpoꝛe dicere eũdem pꝛauũ ⁊ non pꝛauũ non eſt impoſſibile, ſed dicens oẽm hoiem bonuz eſſe in aureo illo ſeculo ꝙ ponitur ab Heſiodo, ⁊ nullũ hoiez in ſeculo ferreo bonum eẽ, deinde cõcludẽs oẽm hoiem ⁊ nullũ hominem bonũ eſſe nõ redarguit euz qui hoc nõ dicit. Nã demõſtrauit in eodem tẽpoꝛe bonos eſſe ⁊ non bonos oẽs homines, quo oſtẽſo erit vera redargutio, ſꝫ in alio ⁊ alio tempoꝛe. Itez qui dicit ꝙ catulus videt, ⁊ catulus nõ videt non in eodẽ tempoꝛe concludit apparẽtez cõtradictionez, ſed in alio ⁊ alio. Poꝛro hęc oia ſcire opus eſt ei qui nõ vult decipi, qnimo ſtudet etiam decipiẽtez redarguere, ꝙ ſi neſciuerit neq; redarguere poterit, ⁊ ipſe capietur ab his qui ſtudẽt decipere, ⁊ hoc eſt circa redargutionis ignoꝛantiam.

Aduerte ꝙ Heſiodus ponit plura ſecula hoīum aurea ferea, vide a principio illũ.

¶ Eodem autẽ modo fieri poteſt, vt quis de aliquo mentiatur. Nam qui omittũt aliquid eoꝛum, quę dicta ſunt, apparent redarguere. Ut quoniã idem dupluz, ⁊ non duplũ. Naz duo vnius quidez duplum ſunt. Trium autem non duplum. Aut ſi ad idem duplum ⁊ non duplum idem eſt, non tamen ſm idẽ eſt. Nam ſm longitudinem dupluz, ſm latitudinem non duplum eſt. Aut ſi ad idem ⁊ ſm idem, ⁊ ſimil'r, non tamẽ ſimul, quoniam apparet elenchus. Trahet autem vtiq; qs hũc ad eos, qui ſunt in dictione.

¶ Cum diceret autem quid eſt redargutio ⁊ oſtenderit qui ſunt qui redarguũt ſm determinationem huius redargutionis ꝓpꝛie, deinceps inqt. Eodez mõ fieri vt qs de aliquo mẽtiatur, nã vt vere fit redargui, quando aliquis in cõtradictionẽ reduceretur eiuſdez ⁊ vnius ſumptę rei, ⁊ quãdo nõ cõnumeraretur id qḋ eſt in p̃ncipio, ſic etiã mentiri, vel falſum fieri paralogiſmuz accidit qñ vel ęquiuocuz ſumptum eẽt, vel ꝙ in p̃ncipio cõnumeratuz eſſet, ⁊ per id qḋ infert maxime hoc patefacit. Nã quidaz (inqt) omittẽtes aliquid eoꝛuz quę dicta ſunt, videntur redarguere, ſed nõ redarguunt, ſed ponens diffinitionẽ redargutionis huius ad idẽ, ⁊ huius ſm idez ponit exempla. Nam inqt ꝙ vidẽtur qdam dicẽtes quando dixerint duo duplũ ⁊ duo non dupluz, naz vnius duplum, ſed triũ non duplũ, ⁊ hoc qdem inqt indicãs ꝫ ad idez. Nã ſi quis duo duplũ vnius demõſtrauerit ⁊ eiuſdem rurſus nõ duplũ, tunc etiaz ꝓpꝛia fecit redargutionem. Sed exẽplum 2m poſitum in oſtẽſionem huius ſm idem poſuit, nõ eniz neq; hanc magnitudinẽ alterius dicẽs eſſe duplã ⁊ non duplã, ſed ſm aliã ⁊ aliã, vt ſm longitudinem duplã, ſed ſm latitudinẽ nõ duplaz, neq; hic fecit redargutionez, nam hic eſt redargutio vera ſiqdẽ magnitudinẽ hanc ſm lõgitudinẽ ſolum demõſtrãt duplam ⁊ nõ duplã. Deinceps etiaz illud hoꝝ ponit oſtenſiuum huius ꝙ nõ ſolum, ⁊ ſm idem ⁊ ad idẽ ⁊ eodem modo ſe dꝫ habere, ſiqdem vera redargutio dꝫ foꝛe cõcludens ꝯdictionez eiuſdem ⁊ vnius, ſed etiã in eodem tẽpoꝛe cõſideranda eſt. Nam ſi eadẽ ⁊ vna ſit res nõ accepto illo ex p̃ncipio, neq; ſm aliã ⁊ aliam partẽ diceretur, ⁊ nõ acciperetur ſimul. i. in eodez ⁊ vno tẽpoꝛe apparens redargutio fiet. Quę cũ dixerit ⁊ redargutionẽ veram qd ſit diligẽter determinauit, ſubdit. Trahet autez aliqnis hũc moduz ſophiſticũ. ſ. ob ignoꝛantiã redargutionis ad eos etiã qui ſunt ob dictionem. Nã modus ob ęquiuocationem, ⁊ ille ob amphibologiaz fuerũt de numero eoꝛum qui ſunt ob dictionem, ⁊ doꝛmiens viſum habet ambiguum eſt, vel eniz ꝙ agit viſu poteſt aliquis ſuſpicare, vel ꝙ aget.